260

Sigismundus I. Rex Poloniæ Cardinali Regino:

Scripsimus antea Vrǽ Rmǽ Paternitati, quô exitu dieta Posnaniens, inter Nros Consiliarios ex una et Cæsaris ac Cruciferorum de Prussia Oratores terminata est; quodque Rmus Episcopus Achiles Legatus Apostolicus tardiùs veniens non potuit Eidem dietæ interesse, sed etiamsi maturius venisset ad eam dietam, fortasse nihil efficere potuisset, Oratoribûs Cæsaris non jus, rationem, veritatem, sed temeritatem sequentibus. Instructus tamen est de iustitia Nrâ, quam et Ssmô Dnô Nrô et Rmæ Dnæ Dni Vræ sciet declare, et id unà cum eadem Rmâ Dominatione Vrâ à Sua Sanctitate impetret, quod ad firmandam justitiam Nram valeret. Aliòqui cogeremur alijs modis jus nostrum vindicare. Rogamus Vram Rmam Paternitatem, Velit nobis Patrocinari, ut magister cogatur præstare nobis homagium, aut ut sine Ssmi Dni Nostri indignatione jus Nostrum ab eo queramus. 1510. Ao.